

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Tvllii Ciceronis XII. Orationes Selectae, juxta
Recensiones optimas emendatae Et cum Notis perpetuis
ac luculentis instar Commentarii ad modum**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1735

VD18 12833770

Oratio X. quae est Ad Qvirites Post Reditvm.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18041

mi fuerimus, misericordes habebimur: si remissiones esse voluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ ciuiumque perniciæ fama subeunda est.

Multo magis est verendum, ne remissione poenæ (in reos læsæ maiestatis) crudeles in patriam, quam ne seueritate animaduersionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamur.

Non maius est patefacere nobis prouincias, quo exire possimus, quam curare, vt etiam illi, qui absunt, habeant, quo victores reuertantur.

Qui ex numero ciuium dementia aliqua deprauati, hostes patriæ semel esse coeperunt, eos cum a perniciæ reipublicæ repuleris, nec vi coërcere, nec beneficio placare possis.

ORATIO X.

quæ est

AD QUIRITES POST
REDITVM.

Argumentum Orationis ad Quirites post
Redicum.

Cum Cicero testimonium tulisset contra Clodium, pollutorum sacrorum reum, ita illum in se exacerbauit, vt non quiesceret tribunus plebis factus, nisi Cicerone in exilium eiecto: hanc speciosam causam apud populum Romanum prætexens iniquitati suæ, quod Cines Romanos (coniurationis Catilinaris principes) indamnatos

demnatos Cicero Consul interfecisset. Et quo facilius quod cupiebat obtineret Clodius, illius anni Consules Gabinium & Pisonem, spe singulorum prouinciarum compulsi, ut paterentur optime meritum Ciceronem exterminari. Postera anno cum T. Annius Milo & P. Sextius tribuni plebis & simul P. Lentulus Consul urgerent: Pompeio fauente, Senatu approbante, cuncta Italia suffragium ferente, reuocatus est Cicero ab exilio in patriam atque pristinam dignitatem.

Hac igitur Oratione gratias populo R. agit pro insigni illo restitutionis beneficio.

Proinde est haec Oratio Eucharistica de Genere Demonstratio, & constat Exordio, Propositione, eaque implicita, Confirmatione & Conclusionem.

Habita est Oratio A. V. C. DC XCVI. aetatis Ciceronis anno L. Stylus est mediocris.

ORATIO X.

AD QUIRITES POST
REDITVM.

CAPVT I.

QUOD precatus ab Ioue optimo maximo, ceterisque diis immortalibus sum, Quirites, eo tempore, cum me, fortunas ¹ meas, pro vestra incolumitate, otio ², concordiaque deuouui ³, ut si meas rationes ⁴ vnquam vestrae salutis anteposuissem, sempiternam poenam sustinerem ⁵ mea

¹ Possessiones, bona. ² tranquillitate. ³ tradidi, consecraui, impeadi. ⁴ salutem, utilitatem.

⁵ fer-

5 mea voluntate 6 susceptam 7: sin 8 & ea, quae ante gesseram, conseruandae ciuitatis causa gef-
fissim, & illam miseram profectionem 9 vestrae salutis gratia 10 suscepissim, vt 11 quod odium scelerati 12 homines, & audaces in 13 rempu-
blicam & in omnes nos conceptum 14 iamdiu continerent 15, in me vno potius, quam in opti-
mo quoque 16, & in vniuersa republica deficeret 17; hoc si animo in vos liberosque vestros fuif-
sem 18, vt aliquando vos patres conscriptos 19, Italiamque vniuersam, memoria mei, miseri-
cordia, desideriumque teneret 20; eius deuotionis 21 me esse conuictum iudicio deorum immortalium, testimonio senatus, consensu Italiae, confessione inimicorum, beneficio diuino immortalique vestro, maxime laetor, Qui-
rites. Etsi homini nihil est magis optan-
dum, quam prospera, aequabilis 22, perpetua-
que fortuna, secundo vitae sine vlla offensione

23 cur-

5 ferrem, paterer. 6 per mea facta. 7 meritam. 8 si vero. 9 exilium. 10 vt vestra salus conseruaretur. 11 vt illud odium deficeret. 12 Clodius cum sua factione. 13 contra. 14 cogitatum, mediatum. 15 in animis suis haberent. 16 quouis. 17 finem acciperet, defineret: vt ego solus potius omne odium experirer, quam vt illud omnes boni & tota respublica experirentur. 18 si hoc vnquam de vobis & liberis vestris credidissim. 19 Senatores. 20 vt vos recordari possitis mei. 21 iam laetor, quod vobiscum Senatus & tota Italia credit, me consecrassim & tradidisse fortunas meas ad salutem vestram. 22 immutabilis, constans.

23 ita

23 cursu 24 : tamen si mihi tranquilla & placata 25 omnia fuissent, incredibili quadam & pene diuina, qua 26 nunc vestro 27 beneficio fruor, laetitiae voluptate caruissem. Quid dulcius hominum 28 generi a natura datum est, quam sui cuique 29 liberi? mihi vero & propter indulgentiam 30 meam, & propter excellens eorum ingenium, vita 31 sunt mea cariores : tamen non tanta 32 voluptate erant suscepti 33, quanta 34 nunc sunt restituti. Nihil cuiquam fuit vnquam iucundius, quam mihi meus frater : non tam id 35 sentiebam, cum fruebar 36, quam tunc, cum carebam, & posteaquam vos me illi, & mihi eum reddidistis. Res familiaris sua quemque 37 delectat : reliquae meae fortunae recuperatae 38 plus mihi nunc voluptatis 39 adferunt, quam tunc incolumitates 40 adferebant. Amicitiae, consuetudines 41, vicinitates, clientelae 42, ludi 43 denique, & dies festi, quid haberent voluptatis, carendo 44 magis intellexi, quam fruendo. Iam vero honos, dignitas, locus, ordo,

23 ita vt vitae cursus secundus siue felix sit. 24 calamitate, malo. 25 quieta. 26 voluptate laetitiae. 27 per vestrum. 28 humano. 29 cuilibet homini. 30 amorem paternum. 31 ego liberos meos magis amo quam vitam meam. 32 cum tanta. 33 a me cum essent nati. 34 cum voluptate. 35 hunc amorem meum erga fratrem. 36 cum praesens essem apud fratrem meum. 37 quemlibet hominem. 38 quas iterum accepi, restitutae. 39 gaudii. 40 cum bona mea adhuc salua essent. 41 conuersationes cum amicis. 42 officium clientum erga me patronum. 43 gladiatorii scenici. Circenses. 44 dum iis carui.

45 am.

do, beneficia vestra, quamquam mihi semper clarissima 45 visa sunt, tamen ea nunc renouata 46 illustriora videntur, quam si obscurata non essent. Ipsa autem patria, dii immortales, dici vix potest, quid caritatis, quid voluptatis habet! quae species 47 Italiae! quae celebritas oppidorum! quae forma 48 regionum! qui agri! quae fruges! quae pulcritudo vrbis! quae humanitas ciuium! quae reipublicae dignitas! quae vestra maiestas! quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, vt nemo magis 49. Sed tanquam 50 bona valetudo iucundior est eis, qui e graui morbo recreati sunt 51, quam 52 qui nunquam aegro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis 53 quam assidue percepta, delectant.

45 amplissima, honorifica. 46 postquam renouata & reddita sunt mihi. 47 pulcritudo. 48 elegantia. 49 his bonis frui potuerit. 50 quemadmodum. 51 conualuerunt. 52 quam iis. 53 quod vehementer desideramus, magis delectat, quam ea, quibus perpetuo fruimur.

CAPVT II.

QVorsum 1 igitur haec disputo 2? quorsum? vt intelligere possitis, neminem vnquam tanta eloquentia 3 fuisse, neque tam diuino atque incredibili genere dicendi, qui vestrorum magnitudinem multitudinemque beneficiorum, quae in me, fratremque meum liberosque nostros contulistis, non modo augere, aut ornare 4 oratione, sed

1 In quem finem, quo respectu. 2 dico, 3 tam eloquentem. 4 laudare, efferre.

N

5 fa-

sed enumerare 5, aut consequi possit. A parentibus, id quod necesse erat 6, parvus 7 sum procreatus: a vobis natus 8 sum consularis 9. Illi 10 mihi fratrem, incognitum 11, qualis futurus esset, dederunt: vos spectatum 12, & incredibili pietate cognitum reddidistis: Rempublicam illis 13 accepi temporibus eam, quae pene amissa est: a vobis iam recuperavi, quam 14 aliquando omnes vnius 15 opera seruata 16 iudicauerunt. Dii immortales mihi liberos dederunt: vos reddidistis, multa praeterea a diis immortalibus optata consecuti sumus: nisi vestra voluntas fuisset, omnibus diuinis 17 muneribus caruissemus. Vestros denique honores, quos eramus gradatim 18 singulos assecuti 19, nunc a vobis vniuersos habemus: vt 20 quantum 21 antea parentibus, quantum diis immortalibus, quantum vobismetipsis, tantum hoc tempore, vniuerso cuncta populo Romano debeamus 22. Nam cum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, vt eam complecti oratione non possim: tum

iii

5 satis intelligere & repraesentare. 6 quod aliter fieri non poterat. 7 infans. 8 factus. 9 talis vir, qui iam functus est consulatu. 10 parentes. 11 de quo dici non poterat. 12 tanquam nobilem & amplissimum. 13 tempore Consulatus mei. 14 eam rempublicam, quam. 15 per meam operam & prudentiam, meoque auxilio. 16 in coniuratione Catilinae. 17 omnibus illis muneribus, quae accepi a diis. 18 iusto ordine. 19 quos impetraueram. 20 debeamus. 21 debui. 22 acceptum referam,

23 fa.

in studiis 23 vestris tanta animorum declarata est voluntas; vt non solum calamitatem mihi detra- xisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini.

23 fauore & amore erga me.

CAPVT III.

NON enim pro meo reditu 1, vt 2 pro P. Po- pillii, nobilissimi hominis, adolescentes fi- lli, & multi praeterea cognati atque affines de- precati sunt 3: non vt pro Q. Metello, clarissimo viro, iam spectata aetate 4 filius: non L. Dalma- ticus consularis, summa auctoritate vir, non C. Metellus censorius 5, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum 6 consulatum petebat, non sororum filii Luculli, Seruillii, Scipiones. Permulti enim tum Metelli, aut Metellorum liberi, pro Q. Metelli reditu vobis ac patribus vestris supplicauerunt 7. Quod si ipsius 8 summa dignitas, maximaeque res gestae non satis valerent 9, tamen filii pietas, propinquo- rum preces, adolescentium squalor 10, ma- iorum natu lacrymae populum Romanum mouere 11 potuerunt. Nam C. Marii 12, qui post illos veteres clarissimos consulares, vestra patrumque memoria 13, tertius ante me con-
fula-

1 Vt reditus mihi concederetur. 2 quemadmodum hoc factum est pro reditu Popillii. 3 precati, intercesserunt. 4 qui iam in officiis publicis viuebat. 5 qui Censor fuit. 6 illo tempore. 7 supplices preces fecerunt, precati sunt. 8 Metelli. 9 valuissent ad vos persuadendum. 10 qui nigris & sordidis vestibus induti erant. 11 ad misericordiam. 12 dissimilis fuit ratio. 13 tempore patrum vestrorum.

N 2

14 12-

fularis, subiit indignissimam fortunam 14 praestantissima sua gloria 15, dissimilis fuit ratio 16. Non enim ille deprecatione 17 rediit, sed in discessu 18 ciuium exercitu se 19, armisque reuocauit 20. Me autem nudum 21 a propinquis, nulla cognatione munitum, nullo armorum ac tumultus metu, C. Pisonis, generi mei, diuina quaedam & inaudita auctoritas atque virtus, fratrisque mei miserrimi atque optimi quotidianae lacrymae, fordesque 22 lugubres a 23 vobis deprecatae sunt 24. Frater erat vnus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret 25: qui suo fletu desiderium mei, memoriamque renouaret: qui statuerat, Quirites, si vos me sibi non reddidissetis, eandem subire fortunam 26: & tanto in me amore extitit 27, vt negaret fas esse 28 non modo domicilio, sed ne sepulcro quidem se a me esse seiunctum: Pro me praesente senatus, hominumque praeterea viginti millia vestem 29 mutauerunt: pro eodem me absente vnus 30 squalorem fordesque vidistis. Vnus hic, qui
domi,

14 infelix fuit, quod equidem non metuerat. 15 eius gloria digna erat meliore fortuna. 16 aliter se res habet cum Mario. 17 propter preces amicorum. 18 discordia. 19 se ipsum. 20 restituit. 21 dum ego nullos habeo propinquos. 22 sordidae vestes, quibus frater meus luctum suum testatur. 23 apud vos. 24 precatas sunt pro me. 25 moneret ad misericordiam. 26 qui dixerat, se quoque velle ire in exilium. 27 fuit, tantum amorem erga me ostendit. 28 vt diceret, fas non esse. 29 & sordidam induerunt, 30 fratris mei.

31. pre-

domi, qui in foro possit esse mihi pietate 31 filius
32, inuentus est 33 beneficio parens, amore 34
idem, qui semper fuit frater. Nam coniugis mi-
serae squalor & luctus atque optimae filiae moe-
ror assiduus, filiique desiderium mei lacrymaeq;
pueriles aut itineribus necessariis, aut magnam
partem tectis 35 ac tenebris continebantur 36.

31 propter pietatem suam & amorem erga me. 32 lo-
co filii. 33 fuit, se demonstravit vt parentem per hoc suum
beneficium. 34 quoad amorem erga me. 35 in domo. 36
erant, manebant.

CAPVT IV.

QVare hoc maius est vestrum in nos promeri-
tum, quod non multitudini propinquorum,
sed nobismet ipsis non reddidistis. Sed quemad-
modum propinqui, quos ego parare 1 non potui,
mihi ad deprecandum calamitatem meam non
adferunt 2: sic illud quod mea 3 virtus praestare
debit, adiutores, auctores 4, hortatoresque ad
me restituendum ita multi fuerunt, vt longe su-
periores 5 omnes hac dignitate copiaq; supera-
rem. Nunquam de P. Popillio, clarissimo atque
fortissimo viro, nunquam de Q. Metello, nobi-
lissimo & constantissimo ciue, nunquam de C.
Mario custode 6 ciuitatis atque imperii vestri, in
senatu mentio facta est. Tribunitiis superiores
illi rogationibus 7, nulla auctoritate senatus
sunt

1 Comparare mihi, acquirere, efficere. 2 me non adiu-
uarunt. 3 sola. 4 iuatores. 5 illos, quos supra commemo-
raui. 6 conseruator. 7 per leges illas, quas Tribuni ple-
bis ad Populum rogarunt & tulerunt de illorum reuocatione
& exilio.

sunt restituti: Marius vero non modo non a senatu, sed etiam oppresso senatu est restitutus: nec rerum gestarum memoria in reditu C. Marii, sed exercitus, atque arma valuerunt 8. At de me 9, vt valeret 10, semper senatus flagitauit, vt aliquando perficeretur, cum primum licuit, frequentia 11 atque auctoritate perfecit 12. Nullus in eorum reditu motus municipiorum & coloniarum factus est 13: at me in patriam ter suis 14 decretis Italia cuncta reuocauit. Illi, inimicis interfectis, magna ciuium caede facta 15, reducti sunt: ego iis 16, a quibus eiectus 17 sum, prouincias obtinentibus, inimico hoc 18 optimo viro & mitissimo, altero consule 19 referente 20 reductus sum: cum is 21 inimicus, qui ad meam perniciem vocem suam communibus hostibus praebuisset 22, spiritu 23 duntaxat viueret, re 24 quidem infra omnes mortuos amandatus esset 25.

8 efficere potuerunt eius restitutionem & reditum. 9 propter meum reditum. 10 sententia Senatus. 11 per suam frequentiam & communem consensum. 12 vt ego restituerer. 13 municipia & coloniae non rogarunt, vt illi restituerentur. 14 per sua. 15 & postquam magna caedes ciuium facta est. 16 dum illi etiam obtinent prouincias. 17 in exilium pulsus sum. 18 dum inimicus meus fuit hic Q. Metellus. 19 Lentulo. 20 ad Senatum retulit de meo reditu. 21 Clodius. 22 qui Tribunus plebis hortatus est hostes patriae, vt ego eiicerer. 23 aëre. 24 reapse. 25 non aliter erat ac si iam mortuus esset, vsque adeo viuebat in contemptu apud omnes.

CAP.

CAPVT V.

NVnquam de i P. Popillio L. Opimius, fortiffimus consul, nunquam de Q. Metello non modo C. Marius, qui erat inimicus, sed ne is quidem, qui secutus est, M. Antonius, homo eloquentiffimus, cum A. Albino collega senatum aut populum est cohortatus. At pro me superiores 2 consules semper, vt referrent 3, efflagitati 4 sunt: sed veriti sunt, ne gratiae causa 5 facere viderentur, quod 6 alter 7 mihi ad finis erat, alterius 8 causam capitis receperam 9: qui prouinciarum foedere 10 irretiti 11, totum 12 illum annum querelas senatus, luctum bonorum, Italiae gemitum pertulerunt. Kalendis vero Ianuar. posteaquam orba republ. consulis fidem tanquam legitimi tutoris implorauit, P. Lentulus consul, parens, deus, salus nostrae vitae, fortunae, memoriae, nominis, simul ac de solenni religione 13 retulit 14, nihil humanarum 15 rerum sibi 16 prius 17, quam de me agendum iudicauit. Atque eo die confecta res esset 18, nisi is 19 tribunus pl. quem ego maximis beneficiis quaestorem 20 consul ornaueram 21, cum & cunctus

1 De restituendo. 2 qui elapso anno fuerant. 3 vt Senatū hortarentur de meo reditu. 4 rogari. 5 ex fauore erga me. 6 quoniam. 7 Piso. 8 Gabinii. 9 Gabinium ego defenderam olim, cum esset capitis accusatus. 10 propter foedus. 11 occupati, impediti. 12 per totum. 13 de gratiarum actione diis habenda. 14 in Senatu dixit. 15 ex omnibus aliis rebus. 16 a se. 17 agendum esse. 18 decretum fuisset, vt reuocarer. 19 Attilius Gavianus, 20 cum adhuc quaestor. 21 honoraui, affeceram.

N 4

22 10-

Etus ordo 22, & multi eum summi viri orarent, & Cn. Oppius socer, optimus vir, ad pedes eius flens iaceret, noctem 23 sibi ad deliberandum postulasset, quae deliberatio non in reddenda 24, quemadmodum nonnulli arbitrabantur, sed, ut patefactum est 25, in augenda mercede consumpta est. Postea res acta est in senatu alia nulla, cum 26 variis rationibus 27 impediretur, ut voluntate tamen perfecta 28 senatus causa 29 ad vos 30 mense Ian. deferebatur. Hic 31 tantum interfuit inter me, & inimicos meos. Ego, cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi 32 centuriarique 33 vidissem: cum intelligerem, veteres 34 ad spem caedis, Catilinae copias esse reuocatas: cum viderem, ex ea parte homines 35, cuius partis nos 36 vel principes 37 numerabamur 38, partim quod 39 mihi inuiderent, partim quod sibi timerent, aut proditores esse, aut desertores salutis meae: cum duo consules 40 emti pactione prouinciarum 41 auctores 42 se inimicis reip. tradidissent; cum egestatem

22 totus Senatus. 23 ut concederetur sibi vnus noctis spatium. 24 mercede, quam acceperat a Clodianis. 25 quod postea cognitum est. 26 Senatus. 27 aliis causis. 28 & cum decretus esset meus reditus a Senatu. 29 mea. 30 populum Romanum. 31 tunc tantum discrimen fuit inter me & inimicos meos. 32 conuocari. 33 in centurias distribui. 34 copias & milites Catilinae. 35 esse aut proditores &c. 36 ego. 37 princeps, auctor, caput, dux. 38 existimabar, habebam. 39 ideo, quoniam. 40 Piso & Gabinius. 41 qui corrupti erant a Clodio, dum illis promiserat prouincias, 42 tanquam suasores, ne ego restituerem.

43 sa.

tem, auaritiam, libidines suas viderent expleri
 43 non posse, nisi me constrictum domesticis 44
 hostibus dedissent: cum senatus, equitesque
 Rom. flere pro me, ac mutata veste vobis 45 sup-
 plicare, edictis 46 atque imperiis 47 vetarentur:
 cum omnium prouinciarum pactiones 48, cum
 omnia cum omnibus foedera, reconciliationes
 gratiarum 49, sanguine meo sancirentur 50: cum
 omnes boni non recusarent, quin vel pro me, vel
 mecum perirent 51: armis decertare pro mea sa-
 lute nolui, quod 52 & vincere, & vinci luctuosum
 53, reipubl. fore putavi. At inimici mei mese
 Ian. cum de me 54 ageretur, corporibus ciuium
 trucidatis, flumine 55 sanguinis meum reditum
 intercludendum 56 putauerunt.

43 satiari. 44 ciuilibus. 45 populo Romano. 46 per
 edicta. 47 per mandata. 48 prouisiones, a Clodio Con-
 sulibus nominatis datae. 49 reditus in gratiam, reconci-
 liationes. 50 confirmarentur. 51 vellent perire. 52 quo-
 niam. 53 calamitosum, periculosum, miserum. 54 meo
 reditu. 55 per offensionem. 56 impediendum.

CAPVT VI.

Itemque cum 1 ego abfui, eam 2 reimp. habui-
 stis, vt aequae me, atque illam 3 restituendam 4
 putaretis. Ego autem 5 in qua ciuitate nihil vale-
 ret senatus; omnis esset impunitas 6; nulla iudi-
 cia;

1 Quamdiu. 2 talem statum reip. 3 reimp. 4
 necessario restitui oportere. 5 reimp. esse nullam pu-
 tauit, in qua &c. 6 nulla vitia punirentur.

N 5

7 cru.

cia; vis & ferrum 7 in foro versarentur; cum priuati 8 se parietum 9 praesidio, non legum, tuerentur; tribuni pleb. vobis 10 inspectantibus vulnerarentur; ad magistratum 11 domos cum ferro & facibus iretur, consulis fasces frangerentur, deorum immortalium templa incenderentur; rempublicam esse nullam putavi. Itaque neque repub. exterminata 12 mihi locum in hac vrbe esse duxi 13; nec, si illa restitueretur, dubitavi, quia 14 me secum ipsa reduceret. An ego 15, cum mihi esset exploratissimum 16, P. Lentulum proximo anno consulem futurum, qui illis ipsis reipub. periculosissimis temporibus aedilis curulis 17, me 18 consule, omnium meorum consiliorum particeps 19, periculorumque focius fuisset; dubitarem, quin is me, confectum 20 consularibus vulneribus 21, consulari 22 medicina ad salutem reduceret? Hoc duce 23, collega 24 autem eius, clementissimo atque optimo viro, primo non aduersante 25, post etiam adiu-

7 crudelitas. 8 qui priuatim & in nullo Magistratu vivebant. 9 domorum suarum. 10 in praesentia & conspectu vestro. 11 Senatorum & Praetorum. 12 cum respublica interiisset. 13 putavi. 14 quin respublica. 15 dubitarem. 16 cum ego certo scirem. 17 qui in eburneo folio solebat sedere, & curam sacrificiorum ludorumque habebat. 18 cum ego Consul essem. 19 conscius. 20 sauciatum. 21 per vulnera ea, quae mihi inflicta erant a Pisone & Gabinio Consulibus. 22 per medicinam, quam ille adferre poterat tanquam Consul. 23 auctore, hortatore. 24 Q. Caecilio Metello. 25 dum is primum non aduersabatur Lentulo, & postea etiam eum adiuuabat,

26 qui

adiuuante, reliqui magistratus pene omnes fuerunt defensores salutis meae, ex quibus excellenti animo, virtute, auctoritate, praesidio, copiis, T. Annius 26 & P. Sextius, praestanti 27 in me beneuolentia, & diuino studio 28 extiterunt: eodemque P. Lentulo auctore 29, & pariter referente collega 30, frequentissimus senatus, vno 31 dissentiente, nullo 32 intercedente, dignitatem meam, quibus potuit, verbis amplissimis ornauit: salutem 33 vobis, municipiis, coloniisque omnibus commendauit. Ita me nudum 34 a propinquis, nulla cognatione munitum, consules, praetores, tribuni plebis, senatus, Italia cuncta semper a 35 vobis deprecata est, denique omnes, qui vestris maximis beneficiis honoribusque sunt ornati, producti ad vos ab eodem 36, non solum ad 37 me conseruandum vos cohortati sunt, sed etiam rerum mearum gestarum auctores, testes laudatoresque fuerunt.

26 qui habet excellentem animum &c. 27 qui habuerunt praestantem &c. 28 fauore. 29 & dum idem Lentulus hoc suavit. 30 & dum eius etiam Collega in Senatu dixit de meo, reditu. 31 Attilio Gauiano. 32 dum nemo fuit qui id nollet. 33 meam. 34 qui nullos habeo propinquos. 35 apud vos pro me. 36 Senatu. 37 vt ego a vobis conseruarer.

CAPVT VII.

QVorum 1 princeps 2 ad cohortandos vos, & ad rogandos fuit Cn. Pompeius, vir omnium, qui

1 Testium ac laudatorum meorum. 2 caput, dux.

N 6

3 bo

qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia ac gloria princeps: qui mihi vnus vni priuato amico eadem 3 omnia dedit, quae 4 vniuersae reip. salutem 5, otium, dignitatem; cuius oratio fuit, quemadmodum accepi 6, tripartita 7. Primum vos docuit 8, meis 9 consiliis rempublicam esse seruatum, causamque meam cum communi salute coniunxit, hortatusque est, vt auctoritatem senatus, statum ciuitatis, fortunas ciuis bene meriti defenderetis: tum in perorando 10 posuit 11, vos rogari a senatu, rogari ab equitibus Rom. rogari ab Italia cuncta: denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solum, verum etiam obsecrauit 12. Huic ego homini 13, Quirites, tantum debeo 14, quantum hominem homini debere vix fas est 15. Huius consilia, P. Lentuli sententiam, senatus auctoritatem vos secuti 16, in eo me loco 17, in quo vestris beneficiis fueram 18, iisdem centuriis, quibus collocaratis 19, reposuistis. Eodem tempore audistis, eodem ex loco, summos viros ornatissimos atque amplissimos homines, principes ciuitatis, omnes consulares, omnes praetori-

3 bona. 4 quae ipse haecenus dedit reipublicae. 5 nempe salutem &c. 6 audiui. 7 in tres partes diuisa. 8 vobis dixit. 9 per mea. 10 cum finem faceret suae Orationi. 11 dixit. 12 maximis & instantissimis precibus rogauit. 13 Pompeio. 14 obstrictus sum & obligatus. 15 quantum homo homini vix potest esse obstrictus. 16 dum vos secuti estis consilia huius &c. 17 honoris. 18 antea, haecenus, ante exilium. 19 iterum per Comitium Centuriata, a quibus ego factus eram Consul.

20 qui

torios 20 eadem 21 dicere, vt omnium testimonio per me vnum rempublicam conseruatam esse constaret 22. Itaque cum P. Seuius, grauissimus vir & ornatissimus ciuis, dixisset, opera mea 23 rempublicam incolumem 24 magistratibus deinceps traditam 25, dixerunt 26 in eandem sententiam ceteri. Sed audistis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium L. Gellii, qui, quia suam classem attentatam 27 magno cum suo periculo pene sensit, dixit in concione 28 vestra, si ego consul, cum fui, non fuifsem, remp. funditus interituram fuisse.

20 qui fuerant Praetores. 21 vt ego restituerer, & quod per me conseruata fuerit respublica. 22 certum esset. 23 per meam industriam. 24 saluam, conseruatam. 25 fuisse. 26 idem dixerunt. 27 quam aggressi erant inimici, & quaedam damnum fecerat. 28 conuentu.

CAPVT VIII.

EN ego tot testimoniis, Quirites, hac auctoritate senatus, tanta consensione Italiae, tanto studio 1 bonorum omnium, agente 2 P. Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus 3, deprecante 4 Cn. Pompeio, omnibus hominibus fauentibus, diis denique immortalibus, frugum vbertate 5, copia, utilitate, reditum

1 Fauore. 2 dum causam meam egit P. Lentulus. 3 Consulibus, Proconsulibus, Praetoribus, Aedilibus, Senatoribus &c. 4 precante, intercedente. 5 per vbertatem & copiam.

ditum meum comprobantibus, mihi, meis 6, rei-
publicae restitutus, tantum 7 vobis, quantum fa-
cere possum, Quirites, pollicebor. Primum 8 qua
sanctissimi 9 homines pietate erga deos immorta-
les esse solent, eadem me erga populum Roma-
num semper fore, nomenque 10 vestrum aequè
mihi graue 11 & sanctum, ac 12 deorum immorta-
lium, in omni vita futurum: deinde, quoniam me
in ciuitatem respub. ipsa deduxit, nullo me loco
reipubl. defuturum 13. Quod si quis existimat, me
14 aut voluntate esse mutata, aut debilitata virtu-
te, aut animo fracto 15, vehementer errat. Mihi
quod potuit vis & iniuria, & sceleratorum ho-
minum furor detrahere; eripuit, abstulit, diffi-
pauit 16: quod viro forti adimi 17 non potest, id
manet & permanebit. Vidi ego fortissimum vi-
rum municipem 18 meum, C. Marium, quoniam
nobis 19 quasi aliqua 20 fatali 21 necessitate non so-
lum cum his, qui haec 22 delere voluissent, sed
etiam

6 meae familiae. 7 tantam fidem & industriam. 8 pol-
liceor, me fore eadem pietate, qua solent &c. 9 pii, pro-
bi. 10 imperium, auctoritatem, potestatem. 11 venera-
bile. 12 quam mihi est numen deorum. 13 fidem meam
praestabo reipublicae, quacunque occasione. 14 meum
animum erga rep. esse mutatum. 15 quod meus animus
tristis sit & non ita fortis vt antea. 16 vis & iniuria scele-
ratorum hominum eripuit mihi illud, quod ea potuit eripe-
re. 17 eripi. 18 conciuem, conterraneum, *Landsmann*. 19
mihi & Mario. 20 ex aliquo. 21 a fato constituta. 22
hanc reipublicam.

23 ad.

etiam cum fortuna 23 belligerandum fuit: eum
 24 tamen vidi, cum esset summa 25 senectute non
 modo non infracto 26 animo propter magnitu-
 dinem calamitatis 27, sed confirmato 28 atque
 renouato. Quem egomet dicere audiui, tum 29
 se fuisse miserum, cum careret patria 30, quam
 31 obsidione liberauisset; cum sua bona possideri
 ab inimicis, ac diripi audiret; cum adolescen-
 tem filium videret eiusdem socium calamitatis
 32; cum, in paludibus demersus 33, concursu 34
 ac misericordia Minturnensium 35 corpus ac vi-
 tam suam conseruasset; cum parua 36 nauicula
 traiectus 37 in Africam, quibus 38 regna ipse de-
 derat, ad eos inops supplexque venisset: recu-
 perata vero sua dignitate 39, se 40 non commissu-
 rum, vt 41 cum ea, quae amiserat, sibi restituta
 essent, virtutem animi non haberet, quam
 nunquam perdidisset. Sed hoc inter me atque
 illum interest 42: quod ille 43, qua re pluri-
 mum potuit, ea ipsa re inimicos suos vltus
 est,

23 aduersa. 24 Marium. 25 in summa. 26 vtique
 fracto & debilitato. 27 exilii, quod perferebat. 28 ere-
 cto. 29 illo tempore. 30 eum esset ex patria eiectus a Syl-
 la. 31 tamen patriam. 32 exilii. 33 latens in fuga sua.
 34 per auxilium. 35 ciuium oppidi Minturnae. 36 in par-
 ua. 37 vectus, nauigans. 38 ad eos venisset, quibus. 39
 postquam vero recuperauerat pristinam suam dignitatem re-
 dux ex exilio. 40 dixit, se non esse passurum. 41 vt non
 haberet &c 42 discrimen est. 43 ea ipsa in re, nempe
 armis, vindictam sumsit ab inimicis suis, quod potuit fa-
 cere.

est, armis: ego, qua consueui, vtar 44: quoniam illi arti 45 in bello ac seditione locus est, huic 46 in pace atque otio. Quamquam ille 47 animo irato 48 nihil nisi de inimicis vlciscendis agebat; ego de ipsis inimicis tantum, quantum mihi resp. permittet, cogitabo.

44 ego vtar autem ea re, qua solitus sum hactenus vti: nempe, vtar mea eloquentia, 45 militari. 46 eloquentia autem suum locum habet. 47 Marius. 48 cum animus eius esset iratus.

CAPVT IX.

DEnique, Quirites, quoniam me quatuor omnino genera hominum violarunt, vnum eorum, qui odio 2 reipub. quod 3 eam ipsis inuitis 4 conseruaram, mihi inimicissimi fuerunt: alterum 5, qui per simulationem amicitiae nefarie 6 prodiderunt: tertium, qui 7, cum per 8 inertiam suam eadem 9 adsequi 10 non possent, inuiderunt laudi & dignitati meae: quartum, qui 11, cum custodes reipubl. esse debuerunt, salutem meam, statum ciuitatis, dignitatem eius imperii 12, quod erat penes ipsos, vendiderunt: sic vlciscar facinorum 13 singula, quemadmodum a quibusque sum prouocatus 14: malos ciues,

1 Genus eorum hominum. 2 ex odio suo erga remp. 3 quoniam. 4 contra ipsorum voluntatem. 5 genus eorum est. 6 scelerate me prodiderunt. 7 inuiderunt 8 propter. 9 similem laudem & dignitatem. 10 impetrare. 11 vendiderunt. 12 potestatis Consularis, qua sunt abusi, cum essent corrupti a Clodiana factione. 13 horum scelerum. 14 violatus.

15 hoc

ues 15, rempubl. bene gerendo 16, perfidos amicos nihil credendo, atque omnia cauendo; inuidos, virtuti & gloriae seruiendo; mercatores 17 prouinciarum reuocando domum 18, atque ab iis prouinciarum rationem repetendo 19. Quamquam mihi maiori curae est 20, quemadmodum quidem vobis, qui de me estis optime meriti, gratiam referam, quam 21 quemadmodum inimicorum iniurias crudelitatemque persequar 22. Etenim vlciscendae iniuriae facilior ratio 23 est, quam beneficii remunerandi: propterea quod 24 superiorem esse 25 contra improbos minus est negotii 26 quam bonis exaequari; tum etiam ne 27 tam necessarium quidem est male meritis 28, quam 29 optime meritis, referre, quod debeas. Odium vel precibus mitigari potest, vel temporibus 30 reip. communique vtilitate deponi, vel difficultate vlciscendi teneri 31, vel vetustate 32 sedari: bene
me-

15 hoc modo vlciscar. 16 dum administrabo & geram. 17 Consules Pisonem & Gabinium, qui pacti sunt Prouincias certas per meum exilium. 18 Romam. 19 postcendo. 20 quamquam id potius posthinc curabo. 21 quam id. 22 vlcisci & vindicare possim. 23 modus, occasio, via. 24 quoniam. 25 victoriam obtinere. 26 res est minoris ac leuioris laboris, minorem laborem requirit. 27 nec imo, 28 iis, qui male meriti sunt de me, referre id, quod meruerunt. 29 sed potius id necessarium est, vt iis, qui bene de me meruerunt, gratiam referam. 30 propter circumstantias temporis in republica. 31 retineri. 32 per diuturnitatem temporis.



meritos quin 33 colas 34, nec exorari fas est 35, nec id reipub. repetere vtcunque necesse est, neque est 36 excusatio difficultatis, neque aequum est tempore 37 & die memoriam beneficii definire 38. Postremo, qui in vlciscendo remissior 39 fuit, mox aperte laudatur: at 40 grauissime vituperatur, qui in tantis beneficiis, quanta vos in me contulistis, remunerandis 41 est tardior: neque 42 solum ingratus, quod ipsum graue est, verum etiam impius appelletur, necesse est. Atque in officio persoluendo dissimilis est ratio, & pecuniae debitae 43: propterea quod 44 pecuniam qui 45 retinet, non 46 dissoluit 47: qui reddidit, non habet: gratiam, & qui retulit, habet: & qui habet, dissoluit.

33 vt non. 34 ames, honores. 35 neque necesse est quodammodo, id instanter petere, propter rempublicam. 36 adest aliqua. 37 iuxta, ad tempus & diem certum. 38 circumscribere, terminos ponere. 39 lenior, non praeceps. 40 ille autem. 41 in compensatione tantorum beneficiorum. 42 & non solum necesse est, vt is appelletur ingratus. 43 est quaedam differentia & dissimilitudo in persolutione officii & pecuniae debitae. 44 quoniam ille, qui. 45 qui vero pecuniam. 46 pecuniam non amplius. 47 ille vero, qui gratiam iam retulit, semper seruat animum gratum, & ille qui habet gratiam, iam dissoluit eam.

CAPVT X.

Quapropter memoriam vestri beneficii colam
 1 beneuolentia sempiterna, non solum dum
 2 anima spirabo mea, sed etiam cum mortuo 3
 monu-

1 Honorabo, venerabor, retinebo, conseruabo in sempiterna &c. 2 quamdiu. 3 mihi mortuo.

4 ruf.

monumenta vestri in me beneficii permanebunt. In referenda autem gratia hoc vobis repromitto 4, semperque praestabo, mihi 5 neque in consiliis de repub. capiendis diligentiam, neque in periculis a republ. repulsandis animum, neque in sententia simpliciter 6 referendam fidem, neque in hominum 7 voluntatibus pro 8 republ. laedendis 9 libertatem, nec in perferendo labore industriam, nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam. Atque haec cura, Quirites, erit infixata animo meo sempiterna, ut 10 cum 11 vobis, qui apud me 12 deorum immortalium vim & numen 13 tenetis 14, tum 15 posteris vestris, cunctisque gentibus, dignissimus ea ciuitate videar, quae suam dignitatem non posse tenere 16 se, nisi me recuperasset 17, cunctis suffragiis 18 iudicauit.

4 rursus promitto. 5 nec mihi defuturam esse diligentiam &c. 6 fideliter, sine insidiis aut calliditate. 7 malorum. 8 ad vtilitatem reip. 9 coërcendis, prohibendis, puniendis. 10 videar. 11 tam. 12 in animo meo. 13 auctoritatem, imperium. 14 habetis. 15 quam. 16 obtinere, tueri, possidere. 17 restituisset ex exilio. 18 cum consensu omnium.

SENTENTIAE.

Cluem bonum decet, fortunas suas pro reipublicae incolunitate, otio, concordiaque deuouere.

*Homini nihil est magis optandum, quam prospera,
aequa-*

*aequabilis perpetuaque fortuna, secundo vitae sine
ulla offensione cursu.*

*Quid dulcius homini a natura datum est, quam
sui cuique liberi?*

*Ipsa autem patria quid caritatis, quid volupta-
tis habet?*

*Bona valetudo iucundior est eis, qui e graui
morbo recreati sunt, quam qui nunquam aegro cor-
pore fuerunt.*

*Bonis viris quod potest vis & iniuria & scele-
ratorum hominum furor detrabere, saepius eripit,
aufert, dissipat: quod viro forti adimi non potest,
id manet, & permanet.*

*Vlciscendae iniuriae facilior ratio est, quam
beneficii remunerandi; propterea, quod superiorem
esse contra improbos, minus est negotii, quam bonis
aequari: cum etiam ne tam necessarium quidem
est male meritis, quam optime meritis, referre,
quod debeas.*

*Odium vel precibus mitigari potest, vel tempo-
ribus reipublicae communique utilitate deponi, vel
difficultate vlciscendi teneri, & vetustate sedari.*

*Qui in vlciscendo remissior fuit, mox aperte
laudatur: at grauissime vituperatur, qui in magnis
beneficiis remunerandis est tardior; neque solum
ingratus, quod ipsum graue est, verum etiam im-
pius appelletur, necesse est.*

ORA.

ORATIO XI.

quae est

IN SENATV POSTREDI-
TVM.

Argumentum Orationis in Senatu post
Reditum.

Simile argumentum fere huius Orationis cum anteceden-
te X. est. Vti enim illa ad populum, ita haec in Senatu
fuit habita; & eodem quidem tempore: scilicet Nonis
Septembr. A. V. C. DC XCVI.

Inuebitur autem cum primis in duos Consules, quorum a
Clodio corruptorum, inuidia exul erat factus; tum amico-
rum, ac nominatim Pompeii beneficia extollit; & studium
denique suum erga rempublicam liberaliter pollicetur.

Inuectiua igitur & eucharistica est haec Oratio, & pertinet
proinde ad genus demonstratiuum.

ORATIO XI.

Oratio Ciceronis

POST REDITVM IN
SENATV.

CAPVT I.

SI, PATRES CONSCRIPTI ¹, pro vestris im-
mortalibus in me, fratremque meum, libe-
ros-

¹ Senatores congregati,

² be-